statuta in ejus præjudicium facta; cum citatione ut coram P. P. compareant. (A. 23, f. 76^a et b; V. 79, ep. 1309 A et B; A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, n. 1603.)

22496. — *Ademario Fayditi*, cler. Lemovicen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Lemovicen., pertin. ad collat. ep.i. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et mag. Sicardo de Vauro, Caturcen., Papæ cap., ac Guidoni de Mauriolis, Lemovicen. can. eccl. (A. 23, f. 87^b; V. 79, ep. 1444.)

22497. — *Bernardo Bruni de la Bastida* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (400 l. t.), ad collat. ep.i Vabren., in civit. vel di. Vabren.; cum obligatione dimittendi perp. vicariam paroch. eccl. de Brasco, c. c., Vabren. di. — I. e. m. s. Amandi et de Salvanesio, Sarlaten. et Vabren. di., monast. abb., ac Joanni la Bacalaria, can. Ruthen. eccl. (A. 23, f. 221^b; V. 79, ep. 1757.)

22498. — *Angelus Delphini de Venetiis*, præp. eccl. Ravennaten., fit Papæ capellanus. (A. 23, f. 305^b; V. 79, ep. 1912.)

22499. — *Eid.* indult. ut plebanatum eccl. s. s. Apostolorum de Venetiis, Castellan. di., ipsi per P. P. commendatum, una cum præpositura eccl. Ravennaten., c. c., retinere valeat, licet in sacerdotio non sit constitutus. (A. 23, f. 305^b; V. 79, ep. 1913.)

* **22500.** — *Prior basilicæ principis apostolorum, et Joannes de Sarracenis, Lateran., Bartholomæus Mansella, S. M. Majoris, Angelus Petri Mathæi, s. Cæcilie, mag. Joannes, s. Georgii ad velum aureum, Berardus, presbyter s. Angeli, Jacobus Niza, s. Laurentii in Damaso, Lando, s. Marci, Jacobus de Cancellario, S. M. in Aquiro, Joannes Gaballini, S. M. Rotundæ, Thomas, s. Nicolai de Funariis canonici, et rector S. M. de Publico ecclesiarum de Urbe*, qui sunt de tribus partibus in quas tota Urbs dividitur, de quarum qualibet quatuor ecclesiæ eligi debent ac de unaquaque ipsarum est unus clericus eligendus pro rectore fraternitatis Romanæ, assumuntur in rectores Fraternitatis ejusd., cum ordinatione circa durationem eorum officii et exercitium jurisdictionis. (A. 23, f. 416^b; V. 79, ep. 2061.)

22501. — *Geraldo nato quond. Helix Salomonis mil.*, mon. monast. Angeliacen., O. S. B., Xanctonen. di., gratia exsp. prioratus vel administr., seu off. vel benef. s. c., ad collat. abb. et conv. ejusd. monasterii. — I. e. m. ep.o Petragoricen., et Helye electo Lemovicen., ac decano Engolismen. (A. 23, f. 418^b; V. 79, ep. 2068.)

22502. — Constitutio per quam deinceps omnes et singulæ indulgentiæ cardinalibus, regibus et principibus pro clericis famil. eorum, sive personis aliis quibuscumque, vel generalibus studiis, studio generali tamen Urbis excepto, concessæ vel concedendæ super percipiendis fructibus in absentia, ad patriarchales vel alias ejusd. Urbis quæ presbyterales vel diaconales cardinalatus existunt, necnon collegiatis eccl. basilicam s. Laurentii in Palatio Lateranen., quæ Sancta Sanctorum vulgariter nuncupatur, et cappellas præfatæ Urbis tam Pontifici immediate, quam eisd. card. ratione titularum vel cardinalatum suorum vel commendatarum eis ecclesiarum subjectas, nullatenus extendantur. (A. 23, f. 441^a; V. 79, ep. 2167; Cocquelines, *Bullarium Romanorum Pontificum*, t. III, pars II^a, doc. XXXVIII, p. 192.)

22503. — *Aimerico archiep.o Ravennaten., rectori Romandiolæ*, mand. ut confirmet reductionem per capit. Castellan. factam et per ep.um Castellan. confirmatam de xxii can. numero ad xii, archid., archipr. et primicerio computatis. (A. 23, f. 401^a; V. 79, ep. 2201.)

22504. — *Archambaldo de Petragoris* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Lemovicen.; non obst. canon. et præb. eccl. Petragoricen., et perp. vicaria de Duzilhaco, Petragoricen. di., ad præsentationem capit. hujus eccl. — I. e. m. s. Amandi et B. M.

Datum *Avenione.*5 (non.) *jun. 1325.*
T. XI ¹/₂, XIII ¹/₂.Ut s.
T. XVIII.Ut s.
T. XVIII.Ut s.
T. XIV.Ut s.
T. XIV.6 (VIII id.) *jun. 1325.*
T. XI, XIII.Ut s.
T. XI, XIII.Ut s.
T. XI, XIII.Ut s.
T. XX.Ut s.
T. XX.Ut s.
T. XI, XIII.Ut s.
T. XX.

de Cancellata, Sarlaten. et Petragoricen. di., monast. abb., ac Arnaldo de Petrilia, can. Turonen. eccl. (A. 23, f. 447^b; V. 79, ep. 2240.)

22505. — *Guillelmo Vigerii* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Vau-
ren. ad collat. ep.i et capit. Vauren; cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de
Evigas (45 l. t.), Caturcen. di., si benef. c. c. obtinuerit. — I. e. m. ep.o Montisalban.,
et abb. monast. s. Amandi Sarlaten. di., ac Radulpho Lafiera, succentori eccl. Albien.
(A. 23, f. 503^b; V. 79, ep. 2317.)

22506. — *Angelo ep.o Viterbien., Papæ in Urbe vicario, et abb. monast. s. Laurentii
foris muros Urbis* mand. ut inquirant super privilegiis quæ fratres ordinum mendican-
tium in Urbe sibi asserunt concessa et quorum virtute nonnullos parochianos sæcu-
larium ecclesiarum dictæ Urbis ad officia divina in suis ecclesiis admittunt ipsis-
que ministrant ecclesiast. sacramenta, in præjudicium cleri ejusdem Urbis. (A. 23,
f. 562^b; V. 79, ep. 2465.)

22507. — *Eisd.* committuntur causæ vertentes inter quasdam ecclesias Urbis et
fratres O. P. (A. 23, f. 563^a; V. 79, ep. 2466.)

22508. — *Eid. vicario* mand. ut apostatæ mendicantium et aliorum ord. non ad-
mittantur in ecclesiis Urbis ad divina celebranda officia nec ad ecclesiast. sacramenta
ministranda, illis tamen ecclesiis exceptis quarum cura cardinalibus S. R. E. com-
missa fore dinoscitur. (A. 23, f. 563^a; V. 78, ep. 2467.)

22509. — *Eidem vicario* mand. ut inquirat contra nonnullos cler. rectores confra-
ternitatis clericorum Urbis, qui prætextu hujusmodi rectoriæ officii plurimos exces-
sus commisisse noscuntur, quorum punitio ad P. P. specialiter pertinet. (A. 23,
f. 563^a; V. 79, ep. 2468.)

22510. — *Helix de Sendreus*, cler. Sarlaten. di., gratia exsp. c. c. vel s. c. in civit.
vel di. Castren. ad collat. ep.i. — I. e. m. archid. Petragoricen., et succentori Albien.,
ac cancellario Tolosan. eccl. (A. 23, f. 510^a; V. 78, ep. 993.)

22511. — *Bernardo Michaelis*, cler. Vicen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in
civit. vel di. Vicen., pertin. ad collat. ep.i. — I. e. m. Vicen., ac Urgelleti et Valli-
sadorræ Urgellen. archid.is, ac Arnaldo de Cumbis, can. Barchinonen. eccl. (A. 23,
f. 231^a; V. 79, ep. 1522.)

22512. — *Arnaldo Guillelmi de Senteylles*, can. eccl. Elnen., gratia exsp. dign., per-
sonatus sive off. s. c. cum capellaniis in ead. eccl. — I. e. m. archid. Urgelleti et
Vallisadorræ Urgellen., et Arnaldo de Monterotundo ac Marco de Villanova, Bar-
chinonen. can. eccl. (A. 23, f. 236^a; V. 79, ep. 1560.)

22513. — *Ep.o Convenarum, et archid. de Carnone Palentin., ac sacristæ Urgellen.
eccl.* mand. ut Bertrandum de Ravato, cler. Appamiar. di., recipi faciant in monast.
Crassen., O. S. B., Carcassonen. di. (A. 23, f. 241^a; V. 79, ep. 1618.)

22514. — *Ep.o Convenarum, et archid. de Carnone Palentin., ac sacristæ Urgellen.
eccl.* mand. ut Bertrandum de Varnhola, cler. Appamiarum di., recipi faciant in can.
eccl. Appamiarum, O. S. A. (A. 23, f. 163^b; V. 79, ep. 1645.)

22515. — *Arnaldo Baronis de Loberia*, cler. Mirapiscen. di., gratia exsp. benef.
(c. c. 100 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Tolosan., ad collat. archiep.i Tolosan. per-
tin. — I. e. m. archid. et archipr. Carcassonen., ac sacristæ Appamiarum eccl. (A. 23,
f. 251^b; V. 79, ep. 1717.)

22516. — *De S. Amando et de Terrassonio, Sarlaten. di., monast. abb., ac Arnaldo de
Petrilia, can. Turonen. eccl.,* mand. ut Raimundum de Sendreus, cler. Sarlaten. di.,
recipi faciant in mon. eccl. Sarlaten., O. S. B., (A. 23, f. 518^b; V. 79, ep. 2098.)

Datum *Avenione*.6 (VIII id.) *jun. 1325*.
T. XXIV.

22517. — Decretum per quod si collatio prioratus de Armasanitis, O. S. A., Ne-mausen. di., ad monast. s. Ruffi Valentin., ejusd. ord., immediate spectantis, dudum per P. P. facta favore b. m. Pilofortis, s. Anastasiæ presb. card., clausulam habebat quod eo cedente vel decedente idem prioratus ad dictum rediret monast., collatio de memorato prioratu per Odonem, ipsius monast. abb., facta favore *Franconis Pilosi* plenam habeat roboris firmitatem. (A. 23, f. 396 b; V. 79, ep. 2448.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22518. — *Raimundo de Rupedura*, mon. monast. Turturiacen., O. S. B., Petrago-ricen. di., gratia exsp. prioratus, præpositatus, off. aut benef. c. c. vel s. c. ad collat. abb. et conv. ejusd. monast. — I. e. m. de Terrassonio et s. Amandi, Sarlaten. di., monast. abb., ac Arnaldo de Petrilia, can. Turonen. eccl. (A. 23, f. 506 b; V. 79, ep. 2335.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22519. — *Helix de Valle* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Petragoricen. — I. e. m. de Cancellata et de Terrassonio, Petragoricen. et Sarlaten. di., monast. abb., ac Guillelmo Audeberti, Papæ cap., can. Lemovicen. (A. 23, f. 511 a; V. 79, ep. 2339.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22520. — *Pontio de Valle, cler. Petragoricen.*, gratia exsp. benef. s. c. (50 l. t.) in civit. vel di. Ruthen., ad collat. ep. i. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 510 b; V. 79, ep. 2341.)

Ut s.
T. X, XII.

22521. — *Pontio de Villamuro*, cler. Appamiar. di., gratia exsp. canon. et præb. eccl. Tirasonen., per consecrat. Petri el. Gerunden. in brevi vacaturorum. — I. e. m. archiep. o Tolosan., et ep. o Carpentoraten., ac archid. Reden. in eccl. Narbonensi. (A. 23, f. 546 b; V. 79, ep. 2411.)

7 (VII id.) *jun. 1325*.
T. IV^{XXIV}.

22522. — *Thomas*, ep. us Agiensis, transfertur ad episcopatum Sutrin., in terris R. E. subjectis consistentem et vac. per obitum Jacobi. — I. e. m. capit. eccl. Su-trin.; clero et populo civit. et di. (A. 23, f. 152 a; V. 79, ep. 1555.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22523. — *Roberto de Fuxo* collat. motu proprio canon. et præb. de Rechrif in eccl. Dunelmen., vac. per consecrat. Stephani archiep. i Armachan.; non obst. in Remen., Laudunen., et Catalaunen. eccl. canon. et præb. — I. e. m. archiep. o Tolosan., et ep. o Carpentoraten., ac archid. Reden. in eccl. Narbonensi. (A. 23, f. 184 a; V. 79, ep. 1893.)

Ut s.
T. XV, XVII.

22524. — *Roberto de Fuxo*, can. Remensis eccl., reservantur canon. et præb. cum præstimoniis eccl. Toletan., per consecrat. Petri el. Gerunden. in brevi vacatura; non obst. defectu ætatis (9 an.). — I. e. m. Carpentoraten. et Pampilonen. ep. is, ac archid. Reden. in eccl. Narbonen. (A. 23, f. 556 a; V. 79, ep. 2436.)

8 (VI id.) *jun. 1325*.
T. XXIV.

22525. — *In Erlach et in Loco Dei monast. abb., ac præp. eccl. in Ansoltingen, Lau-sanen. di.*, committitur causa vertens inter Joannem de Alterswile, can. eccl. Solo-doren., Lausanen. di., auct. apost. in ead. eccl. præbendam expectantem, ex una, et Marchwardum de Wart, cui major pars canonicorum ejusd. eccl. præbendam per obi-tum Cuononis vac. contulit, cum ad primarias preces Ludovici de Bavaria eum in canonicum recepissent, partibus ex altera. (A. 23, f. 239 a; V. 79, ep. 1592.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22526. — *Walthero nato n. v. Hugonis de Geroltzecke Andenie Wasichen*, Argentinen. di., collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Argentinen.; non obst. canon. et præb. eccl. monast. in Audelahe cum capella in Kastelberg s. c., eid. præb. annexa, dictæ di. — I. e. m. in Morsmunster et in Ettenheimmunster monast. abb., Argentinen. di., ac decano eccl. s. Petri Argentinensis. (A. 23, f. 355 b; V. 79, ep. 1990.)

Ut s.
T. XXIV.

22527. — *Hermanno juniore de Geroltzecke*, can. Argentinen., indult. eligendi con-fessorem qui eum semel dumtaxat absolvere valeat in casibus S. A. reservatis. (A. 23, f. 504 a; V. 79, ep. 2025; Hauviller, *Analecta Argentinensia*, t. I, p. 78, doc. 64.)

Ut s.
T. XL, XLII.

22528. — *Hessonî dicto Dapifero* can. eccl. Rinaugen., Argentinen. di., habilitatio super eo quod paroch. eccl. in Gersheim, dictæ di., (25 flor. auri), per x annos deti-

Datum *Avenione*.9 (v id.) jun. 1325.
T. XX.

nuit, ad sacerdotium non promotus; cum collat. canon. sub exp. præb. dictæ eccl. Rinaugen., dummodo eam. paroch. eccl. dimittat. — I. e. m. decano, et Joanni de Geroltzeche Andanie Wasichen seniori ac Waltero de Schowenburg, can. eccl. Argentinæ. (A. 23, f. 504^a; V. 79, ep. 2318; Hauviller, *ut s.*, p. 73 et 75, doc. 61 et 62.)

22529. — *Forojulien. et Tolonen. epis. ac præcentori eccl. Grassen.* mand. ut Petro Aycardi priori sæcul. eccl. s. Gervasii de Cepistello, Vigintimilien. di., conferant præposituram eccl. s. Antonini de Saurgio, dictæ di., vac. per obitum Joannis Paherni, et per P. P. disposit. suæ specialiter reservatam; non obst. s. Gervasii de Cepistello et s. Nicolai Vigintimilien. ecclesiarum sæcularium prioratibus s. c. (A. 23, f. 249^b; V. 79, ep. 1698.)

10 (iv id.) jun. 1325.
T. XXX.

22530. — *N. v. Amelio de Baucio, d. no Avellarum, et n. m. Franciscæ de Avellis*, ejus consorti, Nolanen. di., indulget. ut confessor suus ipsis semel in mortis periculo plenam suorum peccatorum remissionem largiri valeat. (A. 23, f. 229^a; V. 79, ep. 1487.)

Ut s.
T. XX.

22531. — *Eisd.* indult. habendi altare portatile. (A. 23, f. 229^a; V. 79, ep. 1488.)

Ut s.
T. IV^{xx}.

22532. — *Stephanus*, mon. monast. de Calena, O. S. B., Sipontin. di., in abb. monast. S. M. de Monteviridi, ad R. E. nullo medio pertin., ejusd. ord., Bojanen. di., post obitum Nicolai electus, confirmatur. — I. e. m. priori, conv. ac vassallis dicti monast. S. M.; Roberto regi Siciliæ. (A. 23, f. 165^b; V. 79, ep. 1691.)

12 (ii id.) jun. 1325.
T. VII^{xxiv}.

22533. — *Guillelmus*, ep. us Vasaten., transfertur ad eccl. Convenarum, vac. per obitum Scoti et per P. P. disposit. suæ specialiter reservatam. — I. e. m. capit. et vassallis dictæ eccl.; clero et populo civit. et di. Convenar.; archiep. o Auxitan.; Karolo R. F. et N. (A. 23, f. 144^a; V. 79, ep. 1450.)

Ut s.
T. VI^{xxiv}.

22534. — *Joannes can. Constantien.*, Papæ cap., fit ep. us eccl. Curien. vac. per translationem Rudolphi ad episcopatum Constantien., cum revocatione commendæ ejusd. eccl. prædicto Rudolpho ad S. A. beneplacitum concessæ. — I. e. m. capit. et vassallis dictæ eccl.; clero et populo civit. et di.; archiep. o Maguntino. (A. 23, f. 151^a; V. 79, ep. 1561.)

Ut s.
T. XX.

22535. — *Joanni abb. monast. s. Eligii Noviomen.*, O. S. B., facul. recipiendi munus benedictionis a quocumque maluerit antistite. (A. 23, f. 152^a; V. 79, ep. 1562.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22536. — *Raimundo de Rams*, cler. et famil. Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card., collat. parochialium eccl. s. Saturnini de Valleguayraldo, et s. Christinæ, quarum una dependet ab altera, Tolosan. di., vac. per assecutionem parochialium eccl. s. Fortis et de Valle Borgonh simul unitarum, Caturcen. di., et Gasberto de Valle per P. P. collatarum. — I. e. m. Engolismen. et Burgen. decanis, ac præp. Tolosan. eccl. (A. 23, f. 248^a; V. 79, ep. 1675.)

13 (id.) jun. 1325.
T. XXX.

22537. — *Ep. o Noviomen.* mand. ut, de vita beghinarum in suis civit. et di. ventium diligenter informatus, ipsas molestari non permittat si in erroneas opiniones, per quas earum statum Clemens Papa V ab ecclesia Dei abolevit, illas lapsas non invenerit. (A. 23, f. 229^a; V. 79, ep. 1500 A.)

Ut s.
T. XXX.

22538. — *Ep. o Ambianensi* mand. idem. (A. 23, f. 229^b; V. 79, ep. 1500 B.)

Ut s.
Gr. pro pers. card.

22539. — *Gaucelino s. s. Marcellini et Petri presb. card.* decernitur quod gratia exp. benef. c. c. vel s. c., sæcularis vel regularis, etiamsi prioratus, vel dign., aut personatus, vel off. seu administr., et in cathedrali aut collegiata sive quavis alia existat ecclesia, in civit. vel di. Rothomagen., per P. P. VIII kal. maii anno I^o ipsi concessa, suum debet effectum sortiri, non obst. quod duos prioratus vigore dictæ gratiæ jam obtinuerit, quos tamen successive dimisit propter lites ipsi desuper motas; sequun-

Datum *Avenione.*

- tur dispens. super plural. benef. et cassatio alterius decreti quoad primum ex dictis prioratibus consimilis. — I. e. m. archid. Melden., et decano Rothomagen., ac Petro de Pereria, can. Cenomanen. eccl. (A. 23, f. 245^a; V. 79, ep. 1655.)
- 13 (id.) jun. 1325.
T. XI, XIII.
Ut s.
T. XI, XIII.
Ut s.
T. XII, XIV.
Ut s.
T. LX.
Ut s.
T. XI, XIII.
Ut s.
Ut s.
Ut s.
T. XX.
Ut s.
T. XII, XIV.
Ut s.
T. XXX.
Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.
Ut s.
T. XXXVI.
Ut s.
T. XIV, XVI.
22540. — *Radulpho de Villabrema* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Aniani Aurelianen., consid. Caroli F. et N. R. — I. e. m. ep.o Atrebaten., et abb. monast. s. Launomari Blesen., Carnoten. di., ac decano eccl. Parisiensis. (A. 23, f. 241^a; V. 79, ep. 1668.)
22541. — *Joanni Pascaudi* similis gratia in eccl. Pictavensi, consid. ut s.; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Radegundis Pictaven. — I. e. m. ep.o et decano supradictis, ac abb. monast. s. Genovefæ Parisiensis. (A. 23, f. 241^b; V. 79, ep. 1669.)
22542. — *Guillelmo de Essartis*, can. Carnoten., indult. percipiendi fructus omnium benef. suorum ad triennium absque residentia, causa studii. — I. e. m. ep.o Vivarien., et abb. monast. s. Germani de Pratis juxta Parisius, ac archid. Rothomagensi. (A. 23, f. 242^b; V. 79, ep. 1673.)
22543. — *Priori et conv. domus fontis B. M., Cartusien. ord., Suessionen. di., a Carolo regis Franciæ filio, comite Valesii, fundatæ, indulget. ut præfatus prior omnibus fratribus in dicta domo existentibus semel tantum in mortis articulo plenam peccatorum eorum remissionem concedere valeat.* (A. 23, f. 243^a; V. 79, ep. 1674.)
22544. — *Mag. Petro de Provilla*, cler. Caroli R. F. et N. supplic., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Nivernen. — I. e. m. ep.o Atrebaten., et abb. monast. s. Genovefæ Parisien., ac decano eccl. Parisiensis. (A. 22, f. 51^a; V. 79, ep. 1689.)
22545. — *Joanni de Dya* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. de Nigella, Noviomien. di., consid. Caroli R. F.; non obst. canon. et præb. eccl. Dien., et perp. capell. de Villarou, Parisien. di., ac in s. Mauritii de Vacheriis prioratibus, Dien. di., x sextariis bladi annui redditus, nomine pensionis seu benef. personalis. — I. e. m. ep.o Atrebaten., et abb. monast. s. Genovefæ Parisien., ac decano eccl. Pictavensis. (A. 23, f. 285^a; V. 79, ep. 1773.)
22546. — *Priori s. Felicis extra muros Valentin., et Martino de Calenconio, Vivarien., ac Guigoni de s. Germano, Anicien. can. eccl., mand. ut Laurentium Blachonis, presb. Valentin., recipi faciant in chorerium eccl. Valentin.* (A. 23, f. 353^a; V. 79, ep. 1967.)
22547. — *Præfato Laurentio* gratia exsp. benef. s. c. (50 l. t.), ad collat. capit. eccl. Valentin., cum cassatione gratiæ exsp. benef. ad collat. prioris prioratus s. Baudilii de Alesio, Cluniac. ord., Valentin. di. — I. e. m. prædictis executoribus. (A. 23, f. 253^a; V. 79, ep. 1968.)
22548. — *Archiep.o Remen.* mand. ut molestari non permittat mulieres suarum civit. et di. quæ Beghinæ vulgariter nuncupantur, sub prætextu prohibitionis et abolitionis status Beghinarum per Clementem Papam V factarum. (A. 23, f. 417^a; V. 79, ep. 2062.)
22549. — *Radulpho Sellonis*, cler. Bajocen. di., gratia exsp. benef. s. c. ad collat. capit. eccl. Parisien. (40 l. t.) in civit. vel di. Parisien.; non obst. exsp. benef. (c. c. 100 vel s. c. 50 l. t.), ad collat. abbatissæ et conv. monast. s. Trinitatis de Cadomo, O. S. B., Bajocen. di. — I. e. m. abb. monast. s. Genovefæ in Monte Parisien., et archid. Vallismoritonii Abrincen., ac cant. Constantien. eccl. (A. 23, f. 417^a; V. 79, ep. 2063.)
22550. — *Joanni ep.o Cartaginen.* licentia testandi. (A. 23, f. 456^a; V. 79, ep. 2135.)
22551. — *Mag. Roberto de Magnavilla*, cler. Caroli R. F., collat. canon. eccl. s. Petri de Gerboredo, Belvacen. di., ac decanatus ejusd. eccl. vac. per resignat. Rogerii apud S. A. factam; non obst. canon. et præb. eccl. de Roya, Ambianen. di. — I. e. m.

Datum *Avenione*.

13 (id.) jun. 1325.

T. XXIV.

14 jun. 1325.

(xviii kal. jul.)

Gr.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XXX.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XI, XIII.

15 jun. 1325.

(xvii kal. jul.)

Gr. pro nep. card.

16 jun. 1325.

(xvi kal. jul.)

T. XI, XIII.

17 jun. 1325.

(xv kal. jul.)

T. XXIV.

Ut s.

T. XI $\frac{1}{2}$, XIII $\frac{1}{2}$.

Ut s.

T. XXX.

archid. Pontisaudomari Lexovien., et succentori Parisien., ac mag. Richardo de Campis, can. Belvacen. eccl. (A. 23, f. 501^a; V. 79, ep. 2315.)

22552. — *Guillelmo archiep.o Remen.* facul. concedendi tabellionatus off. 11 cler. non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis. (A. 23, f. 154^a; V. 79, ep. 2506.)

22553. — *Ruthenen., Albien. et Vabren. officiales* deputantur iudices conservatores pro Petro ep.o Prænestin. et Arnaldo s. Eustachii diac. card., executoribus testamenti Petri s. Stephani in Cœliomonte presb. card., S. R. E. vicecancellarii, contra quoscumque ejusdem testatoris debitores vel ipsius bona detinentes, ad quinquennium. (A. 23, f. 444^b; V. 79, ep. 1406.)

22554. — *Francisco Sabbæ Sabbatini* collat. canon. sub exp. præb. eccl. B. M. Antwerpian., Cameracen. di.; non obst. canon. et præb. eccl. s. Marci de Urbe. — I. e. m. s. Pauli de Urbe, et s. Michaelis prope Antwerpian., Cameracen. di., monast. abb., ac mag. Nicolao de Frattis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (A. 23, f. 242^b; V. 79, ep. 1534.)

22555. — *Guillelmo s. Cyriaci in Termis presb. card.* committitur causa vertens inter Guillelmum, archiep.um Bituricen., et decanum, capit., archid. et cæteras alias pers. eccl. suæ Bituricen. super jurisdictione ejusd. archiep.i in ipsos qui, nulla privilegia exhibentes, exemptos se fore asserunt. (A. 23, f. 207^a; V. 79, ep. 1599.)

22556. — *Conrado dicto Hyppelen de Fritzalaria* collat. canon. sub exp. præb. eccl. Huhusen., Wormacien. di., non obst. canon. et præb. eccl. s. Joannis Maguntin. — I. e. m. ep.o Cavallicen., et decano ac cantori eccl. Maguntin. (A. 23, f. 160^a; V. 79, ep. 1610 B.)

22557. — *Joanni Amelloti*, cler. di. Narbonen., gratia exp. benef. (c. c. 100 vel s. c. 50 l. t.) in eccl., civit. vel di. Narbonen., pertin. ad collat. archiep.i Narbonen. — I. e. m. Guillelmo el. Pennen. et Adrien., et Berengario Mainardi, ac Berengario de Olargiis, can. Narbonen. eccl. (A. 23, f. 165^b; V. 79, ep. 1687.)

22558. — *Joanni de Pratis*, can. eccl. Ancien. et nep. Petri ep.i Prænestin., indult. insistendi juris civilis studio ad quinquennium. (A. 23, f. 199^b; V. 79, ep. 1460.)

22559. — *Petro Marcellucii Saulli*, cler. Romano, gratia exp. benef. (c. c. 30 vel s. c. 15 unc. auri), pertin. ad collat. ep.i Aversan. — I. e. m. ep.o Paduan., et abb. monast. s. Pauli de Urbe, ac Urso Minutulo, can. Neapolitan. eccl. (A. 23, f. 173^b; V. 79, ep. 1786.)

22560. — *Ep.o Cracovien., et præp., ac Petro dicto Militi*, can. eccl. Cracovien., mand. ut Andreæ de Vislicia, rectori eccl. s. Martini de Vislicia, Cracovien. di., conferant præposituram, canon. et præb. eccl. Poznanien., (80 flor. auri), vac. per obitum apud S. A. Philippi Marcucii; cum obligatione dimittendi curatam eccl. de Igonia, dictæ di., nuper ipsi apost. auct. collatam. (A. 23, f. 206^b; V. 79, ep. 1585; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 204, doc. CCCXV.)

22561. — *Bernardo de Scayraco* gratia exp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Nemausen., pertin. ad collat. ep.i; non obst. eccl. Carnoten. canon. sub exp. præb., decanatu rurali Dunen., s. c., et paroch. eccl. B. M. de Salis, quam dimittere tenetur post assecutionem benef. c. c., Caturcen. et Carnoten. dī. — I. e. m. archiep.o Aquen., ep.o Caturcen., et Raimundo electo Colimbriensi. (A. 23, f. 208^b; V. 79, ep. 1612.)

22562. — *N. v. Spicimiro, comiti Palatin. Cracovien., et n. m. Stanislavæ, ejus uxori*, indult. ut confessor suus possit ipsis semel dumtaxat pro commissis hactenus, etiamsi super illis S. A. consulenda foret, absolutionem impertiri. (A. 23, f. 247^b; V. 79, ep. 1679; Theiner, *op. cit.*, p. 204, doc. CCCXIV.)

Datum *Avenione*.

18 jun. 1325.
(xiv kal. jul.)
T. XXIV.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XX.

Ut s.
T. XII, XIV.

22575. — *Cantori eccl. s. Martini Turonen.* facul. recipiendi a Petro de Urgneyo resignat. paroch. eccl. de Perruconio, Turonen. di., eamque conferendi personæ sibi benevisæ. (A. 23, f. 139^a; V. 79, ep. 1663.)

22576. — *Nicolao de Posterna*, presb. Turonen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t.), ad collat. abb. et conv. monast. s. Juliani Turonen., O. S. B.; non obst. capell. de Biardo, Turonen. di. — I. e. m. Parisien., et majoris decanis, ac cantori s. Martini Turonen. eccl. (A. 23, f. 140^a; V. 79, ep. 1666.)

22577. — *Guillelmo Bertrandi de Syoraco* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. sæcul. s. Aviti Senioris, Sarlaten. di. — I. e. m. archid. Figiacen., et Raimundo de Cazetis, Caturcen., ac Arnaldo de Petrilia, Turonen. can. eccl. (A. 23, f. 224^a; V. 79, ep. 1768.)

22578. — *Gervasio de Ponte Arceyo*, cler. Caroli F. et N. R., collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Autisiodoren.; non obst. in s. Stephani Trecen. et s. Clementis de Compendio eccl. canon. et præb., ac paroch. eccl. de Villacereris, Suessionen. et Parisien. di. — I. e. m. ep. o Atrebaten., et abb. monast. s. Genovefæ, ac decano eccl. Parisiensis. (A. 23, f. 211^b; V. 79, ep. 1670.)

22579. — *Henrico Thomæ* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Florentii de Ambazia, Turonen. di.; non obst. in Leonen. et B. M. de Lochis eccl. canon. et præb., ac paroch. eccl. de Plebeyon ac quadam administr. leprosariæ de Lochis, Leonen. et Turonen. di. — I. e. m. Parisien., et majoris decanis, ac cantori s. Martini Turonen. eccl. (A. 23, f. 212^a; V. 79, ep. 1672.)

22580. — *Joanni dicto le Cauchais*, eleemosynario Joannæ R. F. et N., collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Constantien. — I. e. m. ep. o Atrebaten., et abb. monast. s. Genovefæ ac decano eccl. Parisiensis. (A. 23, f. 285^b; V. 79, ep. 1774.)

22581. — *Joanni dicto Corvillet* ead. gratia in eccl. Tornacen., consid. ut s. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 285^b; V. 79, ep. 1775.)

22582. — *Mag. Radulpho Rellay*, medico prædictæ reginæ, ead. gratia in eccl. Noviomien. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 286^a; V. 79, ep. 1776.)

22583. — *Garnero Docques*, cap. prædictæ reginæ, ead. gratia in eccl. Ebroicen. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 286^a; V. 79, ep. 1777.)

22584. — *Mag. Henrico de Dompria*, secretario præfatæ reginæ, ead. gratia in eccl. Remen. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 286^b; V. 79, ep. 1778.)

22585. — *Petro Pielli*, cler. Turonen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t.) in civit. vel di. Turonen., pertin. ad collat. archiep. i Turonen. — I. e. m. abb. monast. s. Genovefæ, et decano Parisien., ac cantori s. Martini Turonen. eccl. (A. 23, f. 175^a; V. 79, ep. 1788.)

22586. — *Guillelmo de Soyris*, can. eccl. de Blanzaco, Engolismen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 100 vel s. c. 50 l. t.), in civit. vel di. Lomberien.; non obst. in eccl. de Blanzaco canon. et præb., ac decimis Deupyrenx, Engolismen. et Lomberien. di. — I. e. m. archid. Figiacen. Caturcen., et Arnaldo de Petrilia, Turonen., ac Raimundo de Columberio, Autisiodoren. can. eccl. (A. 23, f. 256^a; V. 79, ep. 1790.)

22587. — *Archid. Figiacen. Caturcen., et Guillelmo de Conquosio, ac Raimundo de Columberio, can. Autisiodoren. eccl.*, mand. ut Amalvino de Podiograndi, cler. Sarlaten. di., conferant canon. et præb. eccl. Montisfalconis Remen. di., vac. per consecrat. Bertoldi archiep. i Neapolitani. (A. 23, f. 261^b; V. 79, ep. 1796.)

22588. — *Geraldo de Farga*, cler. Sarlaten. di., gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Sarlaten., pertin. ad collat. ep. i. — I. e. m. ut s., n. 22586. (A. 23, f. 226^a; V. 79, ep. 1804.)

Datum *Avenione.*

18 jun. 1325.
(xiv kal. jul.)
T. XI, XIII.

22589. — *Geraldo de Marcilhaco*, mon. eccl. Sarlaten., O. S. B., gratia exsp. prioratus seu dign., benef., aut administr. seu benef. c. c. vel s. c., pertin. ad collat. ep.i et capit. ejusd. eccl.; cum obligatione dimittendi quamdam decimam (10 l. t.) in eccl. de Lobissaco, Agennen. di., dicti ord. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 261 a; V. 79, ep. 1806)

Ut s.
T. XI, XIII.

22590. — *Guillelmo de Dedol*, cler. Caturcen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Albien., pertin. ad collat. ep.i. — I. e. m. Burgen., et de Cayraco, Caturcen. di., decanis, ac thesaur. Albien. eccl. (A. 23, f. 302 a; V. 79, ep. 1906.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22591. — *Petro Rigaldi* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi archipresb. existat in civit. vel di. Caturcen., pertin. ad collat. ep.i, cum obligatione dimittendi paroch. eccl. s. Cæciliæ de Cadicio, (25 l. t.), Albien. di., post assecutionem benef. c. c. vel archipresb. — I. e. m. decano Burgen., et archid. Montispensati Caturcen., ac thesaur. Albien. eccl. (A. 23, f. 303 a; V. 79, ep. 1907.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22592. — *Mag. Petro Tesson*, cler. Caroli R. F., collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Suessionen.; non obst. in Rothomagen. canon. sub exsp. præb., et in Ebroiden. eccl. canon. et præb., necnon paroch. eccl. s. Jacobi de Dieppa et off. commendatio decanatus ruralis de Longavilla Giffardi, Rothomagen. di., ipsi ad vitam auct. apost. confirmato. — I. e. m. abb. monast. s. Medardi Suessionen., et mag. Michaeli de Malconduit, Parisien., ac Thomæ Galli, Cenomanen. eccl. canonicis. (A. 23, f. 446 a; V. 79, ep. 2193.)

19 jun. 1325.
(xiii kal. jul.)
T. VI^{xxiv}.

22593. — *Pictavinus*, can. eccl. Vasaten., fit ep.us ejusd. eccl. vac. per translationem Guillelmi ad episcopatum Convenarum. — I. e. m. capit. et vassallis dictæ eccl.; clero et populo civit. et di.; Carolo R. F. et N. (A. 23, f. 234 b; V. 79, ep. 1553.)

Ut s.

22594. — *Henrico dicto de Mettenwile de Luteria* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Zovingen., Constantien. di.; non obst. exsp. benef. c. c. vel s. c. ad collat. abbatissæ et conv. monast. in Sekingen, dictæ di. — I. e. m. abb. in Capella et præp. in Luceria per præp. soliti gub. monast., Constantien. di., ac decano eccl. Engolismensis. (A. 23, f. 237 a; V. 79, ep. 1572.)

Ut s.
T. XX.

22595. — *Archid. s. Pauli, et sacristæ eccl. Avenionen., ac officiali Nemausen.* mand. ut Raimundum Brolia, cler. Avenionen., recipi faciant in can. eccl. Nemausen., O. S. A. (A. 23, f. 155 a; V. 79, ep. 1588.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22596. — *Petro de Marceyo* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Austregisilii de Castro Bituricen.; non obst. paroch. eccl. s. Petri de Escolis, Bituricen. di., et capellania in eccl. Villænovæ Nivernen. di. — I. e. m. ep.o Atrebaten., decano Parisien. et archid. Bituricen. (A. 23, f. 212 a; V. 79, ep. 1671.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22597. — *Roberto dicto Cenereus de Aynaio Castri* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. de Magduno Bituricen. di.; non obst. paroch. eccl. de Marolio, Bituricen. di. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 247 a; V. 79, ep. 1676.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22598. — *Guillelmo de Valenceyo* gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Senonen., pertin. ad collat. archiep.i; cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de Moussayo, Bituricen. di., et facul. retinendi capell. in eccl. s. Austregisilii de Castro Bituricen. — I. e. m. ut s. (A. 22, f. 50 b; V. 79, ep. 1688.)

Ut s.
T. XXX.

22599. — *Bertrando s. Marcelli presb. card.*, A. S. legato, mand. ut, inquisita electione Margaritæ de Bucinigo quæ in abbatissam monast. S. M. de Lambrugo, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Mediolanen. di., post obitum Castellæ electa fuit; ipsam, si de persona idonea canonicè celebratam invenerit, confirmet. (A. 23, f. 174 a; V. 79, ep. 1780)

Datum *Avenione*.

19 jun. 1325.
(XIII kal. jul.)
T. XXX.

Ut s.
T. XII, XIV.

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

Ut s.
T. XII, XIV.

Ut s.
Gr. pro Deo.

Ut s.
Gr. pro Deo.

Ut s.
T. XII, XIV.

Ut s.
T. XII, XIV.

Ut s.
T. CCCC.

Ut s.
T. IV^{XXIV}.

Ut s.
T. XVI, XVIII.

22600. — *Eid.* simile mand. quoad electionem Sophiæ in abbatissam monast. s. Petri de Brugora, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Mediolanen. di., vac. per obitum Guidæ abbatissæ et deinde Castellæ de Cassato in ipsius locum electæ. (A. 23, f. 174^a; V. 79, ep. 1781.)

22601. — *Laurentio de Moers* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Nivernen.; non obst. in Atrebaten. quadam capell. quæ alias dicitur personatus de Sanguin, et in s. Symphoriani Remen., s. Bartholomæi de Bechin Atrebaten. ac s. Florentii de Roya, Ambianen. di., eccl. canon. et præb.; cassatur prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Germani Altisiodoren. Parisien. ipsi inutilis propter multitudinem expectantium. — I. e. m. ep. o Atrebaten., et abb. monast. s. Genovefæ Parisien., ac decano eccl. B. M. Medii monasterii Bituricen. (A. 23, f. 288^a; V. 79, ep. 1798.)

22602. — *Joanni nato Joannis de Capis* ead. gratia in eccl. Noviomen.; cassatur prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Lauriani de Vastino, Bituricen. di., ipsi inutilis propter multitudinem exspectantium. — I. e. m. abb. monast. s. Genovefæ Parisien., et Parisien. ac eccl. B. M. Medii monasterii Bituricen. decanis. (A. 23, f. 288^b; V. 79, ep. 1799.)

22603. — *Petro nato Joannis de Capis*, can. Remen., indult. percipiendi fructus omnium benef. suorum ad triennium absque residentia, causa studii. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 225^a; V. 79, ep. 1802.)

22604. — *Adæ de Langcestre*, can. monast. de Jeddeworth, O. S. A., Glasguen. di., gratia exsp. prioratus seu vicariæ c. c. vel s. c., ad abb. et conv. monast. prædicti collat., (30 march. arg.). — I. e. m. decano Eboracen., et archid. Benacen. Ilerden., ac thesaur. ejusd. Eboracen. eccl. (A. 23, f. 301^a; V. 79, ep. 1900.)

22605. — *Ep. o Glasguen., et de Kalkehon ac de Melros, s. Andreæ et Glasguen. di., monast. abb.* committitur causa vertens inter Adam de Langcester, can. monast. de Jeddeworth, O. S. A., Glasguen. di., et v alios can. ejusd. monasterii, ex una, ac Robertum dictum Marescallum can., pro abb. se gerentem, ejusd. monast., qui, cum propter guerras in Angliæ et Scotiæ regnis ingruentes, una cum Willelmo, tunc dicti monast. abb., et v præfatis can. in Angliam per fugæ remedium se transtulisset, et deinde ad idem monast. rediisset, per dictum Robertum violenter ejectus et apostata declaratus fuit. (A. 23, f. 312^b; V. 79, ep. 1936.)

22606. — *Petro de Capis*, can. Catalaunen., indult. percipiendi fructus benef. suorum ad triennium absque residentia, causa studii. — I. e. m. ut s., n. 22602. (A. 23, f. 414^a; V. 79, ep. 2045.)

22607. — *Joanni nato Joanneti de Capis*, can. eccl. de Hyricione, Bituricen. di., indulgetur idem. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 414^a; V. 79, ep. 2046.)

22608. — Erectio ecclesiæ s. Vincentii Cortonæ, olim Aretin. di., et hactenus monasterio s. Floræ Aretin., O. S. B., pleno jure subjectæ ac per ipsius mon. solitæ gub., in eccl. cathedralem. « *Vigilis speculatoris...* » (A. 23, f. 382^a; V. 79, ep. 2071; Cocquelines, *Bullarium Romanorum Pontificum*, t. III, pars II^a, doc. XXXIX, p. 193.)

22609. — *Rainerius*, plebanus plebis de Pagina, Aretin. di., fit ep. us eccl. Cortonen., nuper in cathedralem erectæ. — I. e. m. capit. Cortonen.; clero et populo civit. ét di. (A. 23, f. 477^a; V. 79, ep. 2249.)

22610. — *Mag. Petro de Capis* gratia exsp. dign., personatus aut off., c. c. vel s. c., in majori vel in s. Austregisilii de Castro Bituricen. ecclesiis, quarum can. existit, cum cassatione similis gratiæ in qua non cavetur expresse quod ad dign., personatus vel off., ad quas seu quos vel quæ consueverunt personæ per electionem assumi, dicta gratia se extendat; non obst. in Catalaunen. et Anagnin. eccl. canon. et præb.

Datum *Avenione*.

19 jun. 1325.
(xiii kal. jul.)
T. XI, XIII.

Ut s.
T. X, XII.

— I. e. m. ep.o Vivarien., et abb. monast. s. Evurtii Aurelianen., ac decano eccl. B. M. Medii monasterii Bituricen. (A. 23, f. 490^a; V. 79, ep. 2294.)

22611. — *Joanni nato Goberti de Balanches de Colonia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Joannis Leodien. — I. e. m. mag. Joanni de Columpna archid. Vivarien., Papæ not., et abb. monast. Belliredditus, ac cantori eccl. s. Dionysii Leodien. (A. 23, f. 546^a; V. 79, ep. 2408.)

22612. — *Mag. Stephano de Paigni* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Atrebaten.; non obst. in Laudunen. canon. sub exsp. præb., et in s. Montani de Fara ac in s. Bartholomæi Bethun. eccl., Laudunen. et Atrebaten. di., quæ quidem canon. et præb. eccl. s. Bartholomæi permutavit cum canon., præb. et thesauraria eccl. s. Petri Laudunensis. Nuper ipsi similis prov. concessa fuerat, sed in litt. apost. de canon. et præb. dictæ eccl. s. Montani nulla habita fuit mentio. — I. e. m. abb. monast. de Monte s. Eligii, et decano s. Petri Duacen., Atrebaten. di., ac decano Graciacen., Bituricen. eccl. (A. 23, f. 562^a; V. 79, ep. 2454.)

20 jun. 1325.
(xii kal. jul.)
T. XXX.

Ut s.
T. XVI.

22613. — Indulg. plenaria ad triennium *univ. Christifidelibus regni Poloniæ* quos contra infideles pugnando mori contigerit. (A. 23, f. 421^b; V. 79, ep. 1513; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 205, doc. CCCXVI.)

22614. — *Henrico de Damparia*, cler. Joannæ, R. F. et N., indulget. ut, usque ad unum annum, ratione paroch. eccl. s. Macuti Rothomagen., quam obtinet, non teneatur ad sacros ordines promoveri. (A. 23, f. 205^a; V. 79, ep. 1549.)

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

22615. — *Petro Barbani* mon. monast. Sollempniacen., O. S. B., Lemovicen. di., gratia exsp. administr. vel dign., seu prioratus aut off. ad abb. et conv. ejusd. monast. collat. pertin.; cum obligatione dimittendi præposituram de Ahento, eorumd. ord. et di. — I. e. m. ep.o Melden., et s. Martialis Lemovicen., ac Belliloci, Lemovicen. di., monast. abbatibus. (A. 23, f. 248^b; V. 79, ep. 1694.)

Ut s.
T. XXX.

22616. — *Amelio abb. monast. s. Saturnini Tolosan., Marchiæ Anconitan. rectori*, mand. ut absolvat Petrum de Lazerto, cler. Albien. di., ab irregularitate incurta ex eo quod cuidam laico digitum amputavit, in quæstione exorta ad aleas cum taxillis ludendo. (A. 23, f. 279^a; V. 79, ep. 1731.)

21 jun. 1325.
(xi kal. jul.)
T. XXII.

Ut s.
T. XX.

22617. — *Priori s. Apollinaris, et thesaur. eccl. Florentin., ac plebano plebis de Ripolis, Florentin. di.*, mand. ut Hugolino nato quondam Petri de Bononia conferant plebem de Bivano, Aretin. di., vac. per obitum Joannis de Casolis; non obst. eccl. s. Joannis de Burgo Colline, s. c., Fesulan. di. (A. 23, f. 365^b; V. 78, ep. 749.)

22618. — *Gentili de Sarnano* mon. eccl. Montisregalis, O. S. B., dispens. ut, non obst. quod ex O. F. M. ad præfatum ord. S. B. transierit, ad omnes abbatias, dign. aut administr. ipsius ord. assumi, seu benef. et off. c. c. vel s. c. recipere valeat. (A. 23, f. 130^a; V. 79, ep. 1571.)

Ut s.
Gr. pro Deo.

22619. — *Joanni de Tepla*, cler. Pragen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg.), ad collat. ep.i Pragen., in civit. vel di. Pragen. — I. e. m. abb. de Tepla, Pragen. di., et Joanni de Regio, Parmen., ac Bambergen. eccl. præpositis. (A. 23, f. 208^a; V. 79, ep. 1607.)

Ut s.
T. X, XII.

22620. — *Conrado dicto Haken* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Fritslarien., Maguntin. di. — I. e. m. decano et cantori Maguntin., ac Ambrosio dicto de Lamayrola, can. Mediolanen. eccl. (A. 23, f. 142^a; V. 79, ep. 1683.)

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

22621. — *Henrico de Worbisze* ead. gratia in eccl. s. Stephani Maguntin.; non obst. in ead. eccl. scolastia s. c. de qua litigat, et paroch. eccl. de Villa Britzenheim, Maguntin. di. — I. e. m. decano et cantori s. Bartholomæi Frankenforden., Magun-

Datum *Avenione.*

24 jun. 1325.
(xi kal. jul.)
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XI, XIII.

Ut s.
T. XVI, XVIII.

Ut s.

Ut s.
T. XX.

Ut s.

tin. di., ac mag. Joanni de Gotvingen, can. Maguntin. eccl. (A. 23, f. 142^a; V. 79, ep. 1684.)

22622. — *Guidoni quond. Nerii de Mancinis Florentin.* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Fesulan.; non obst. prioratu sæcul. eccl. s. Romuli Florentin. — I. e. m. s. Scheradii Florentin., et s. Stephani ad pontem Florentin. prioribus, ac Andreae Joannis, can. Lucan. eccl. (A. 23, f. 181^b; V. 79, ep. 1881.)

22623. — *Francisco Agurelle de Eugubio* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Nucerin.; non obst. simili prov. in eccl. Firman. — I. e. m. s. Donati et S. M. de Alfido, Eugubin. di., monast. abb., ac Bosolo de Parma, can. Tornacen., Papæ capellano. (A. 23, f. 346^a; V. 79, ep. 1923.)

22624. — *Lello Suppolini de Eugubio* similis gratia in eccl. Forosinfronien., non obst. simili prov. in eccl. Assisinaten. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 347^a; V. 79, ep. 1924.)

22625. — *Jacobo Pauli de Eugubio* similis gratia in eccl. Fulginaten.; non obst. prov. simili in eccl. Nucerin. — I. e. m. ut s. (A. 23, f. 347^a; V. 79, ep. 1925.)

22626. — *Joachino Agurielle de Eugubio* similis gratia in eccl. Tungren., Leodien. di. — I. e. m. decano s. Crucis, et Oddoni de Buella, majoris Leodien., ac Bosolo de Parma, Tornacen. can. eccl. (A. 23, f. 347^b; V. 79, ep. 1926.)

22627. — *Joanni nato quond. Henrici de Menseberg* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Wetflorien., Treveren. di. — I. e. m. decano et cant. s. Bartholomæi in Frankenfort, Maguntin. di., ac mag. Joanni de Gottragen, can. Maguntin. eccl. (A. 23, f. 424^a; V. 79, ep. 2088.)

* **22628.** — *Manfredino nato Martini de Bernardis de Scalve* confirmatio collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Petri de Scalve, Pergamen. di., ipsi factæ a Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato, cujus litteræ datæ Astæ, xi kal. oct., pontificatus Joannis XXII anno V°, inseruntur. — I. e. m. præp. Parmen., archid. Pergamen., et Buxolo de Parma, can. Turonen. eccl. (A. 23, f. 494^a; V. 79, ep. 2301.)

22629. — *Jacobo præp. Foropopulien., et Petro archid. Ravennaten., ac Stephano de Prato, can. Faventin. eccl.,* mand. ut Francisco de Calbulo, Ravennaten. et Forlivien. eccl. can. præben., conferant plebem s. Reparadæ de Castrocaro, Forlivien. di., quæ colleg. et in terra R. E. subjecta existit, et ad quam plebani per electionem capit. ipsius consueverunt assumi, per obitum Maguinardi Guidonis apud S. A. apost. prævia generali reservat. vac.; cum obligatione dimittendi plebem s. Cassiani, Foropopulien. di. (A. 24, f. 447^a; V. 79, ep. 2325.)

22630. — *Amelio abb. monast. s. Saturnini Tolosan., Marchiæ Anconitan. rectori,* mand. ut confirmet collat. plebanatus plebis de Bovelgnano, Camerinen. di., auct. ordinaria factam favore Berardi Vartuli de Camerino, in eccl. Caminen. ac plebe Arie canon., ac ecclesiam s. Lucae s. c., in dicta plebe quasdam decimas, Caminen. di., et in eccl. s. Venantii Camerinen. canon. sub exsp. præb. obtinentis. (A. 23, f. 546^b; V. 79, ep. 2410.)

* **22631.** — Ad instantiam universitatis magistrorum et scholarium studii Parisien., et ad vitandum excessus ac abusus qui in curia committuntur assentiente conservatore privilegiorum universitatis ejusd., a S. A. deputato, etiam ex conniventia judicum advocatorum et tabellionum seu notariorum ejusd. curiæ, statuitur quod præfati judices, advocati, tabelliones, vel notarii ac sigilliferi et quicumque officiales alii curiæ memoratæ, in dictæ universitatis præsentia vel aliquorum ex eis corporale præstent juramentum quod quilibet off. suum fideliter exercebit, nec privilegiis præfatis abutetur. Edicto quoque perp. prohibetur ne conservator emolumentum sigilli seu emendarum dictæ curiæ vendat vel accenset, seu pro exactione sigilli ac emen-

Datum *Avenione.*

- darum hujusmodi recipiat ultra id quod in curia ordinarii consuevit, et ita fiat pro salariis dictorum officialium, sub pœna excom. Decernitur insuper quod quilibet mag. vel scholaris hujusmodi privilegiorum abuser possit ab ead. universitate puniri, etiam per expulsionem. (A. 25, f. 233^a; V. 79, ep. 2458; Denifle et Châtelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, n. 841.)
- 21 jun. 1325.
(xi kal. jul.)
Ut s.
Ut s.
Ut s.
T. XII.
Ut s.
T. X, XII.
22 jun. 1325.
(x kal. jul.)
T. XX.
Ut s.
T. XX.
Ut s.
T. XL.
Ut s.
T. XX.
Ut s.
T. L.
Ut s.
T. CCC.
- 22632.** — *Ep.o Parisien.* mand. ut provideat ne mulieres vetulæ et sortilegæ vel homines ignari artem medicinam Parisiis ducant. (A. 25, f. 233^b; V. 79, ep. 2459; Denifle et Châtelain, *op. cit.*, n. 844.)
- 22633.** — *Eid.* mand. ut se informet et referat in quibus conservator antedictus ejusque officiales abutantur contra ipsa privilegia et quod mittat copiam eorundem privilegiorum. (A. 25, f. 233^b; V. 79, ep. 2460; Denifle et Châtelain, *ut s.*, n. 843.)
- 22634.** — *Abb. monast. s. Dionysii in Francia prope Parisius* mand. ut præfatæ universitati justitiæ complementum exhibeat contra dictum conservatorem et ejus officiales, si contra statutum antedictum abutantur. (A. 25, f. 234^a; V. 79, ep. 2461; Denifle et Châtelain, *ut s.*, n. 842.)
- 22635.** — *Sarpa Rainaldi*, prior sæcul. eccl. s. Stephani Florentin., fit Papæ capellanus. (A. 23, f. 567^b; V. 79, ep. 2480.)
- 22636.** — *Lucæ Queli de Carraria* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Stephani ad pontem Florentin. — I. e. m. s. Laurentii et S. M. supra portam Florentin. prioratus prioribus, ac Guillelmo de Pusterla, can. Mediolanen., Papæ capellano. (A. 23, f. 568^a; V. 79, ep. 2481.)
- 22637.** — *Ludowico abb. monast. Herffelden.*, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Maguntin. di., facul. recipiendi benedictionis munus a quocumque maluerit antistite. (A. 23, f. 203^a; V. 79, ep. 1497.)
- 22638.** — *Rectori provincie Romandiolæ* mand. ut n. v. Hubaldo de Gheziis de Ravenna, nuncio et ambasciatori nobilium Pandulphi et Ferrantini de Malatestis ac communis Ariminen., potestariæ officium comitatus Imolæ, infra dictam provinciam consistentis, petenti, de aliquo off. quod per eumd. rectorem laicis consuevit committi, provideat. (A. 23, f. 125^a; V. 79, ep. 1529.)
- 22639.** — *Potestati, capitaneo, prioribus artium, consilio et communi civit. Perusin.* absolutio a satisfactione damnorum per ipsos ecclesiis et ecclesiast. personis illatorum a tempore quo Spoletan. et Assisinen. civitatum contra R. E. rebellio inchoavit. (A. 23, f. 232^b; V. 79, ep. 1536.)
- 22640.** — *S. Salvatoris de Monteacuto, s. Benedicti de Petrasicca et s. Benedicti de Montesubasio, Perusin. et Assisinen. di., monast. abb.* mand. ut Papam informet super licentia per præfatum commune petita permutandi cum personis ecclesiast. bona et jura per laicos a monasteriis et eccl. in emphyteusim obtenta. (A. 23, f. 233^a; V. 79, ep. 1537.)
- 22641.** — *Archiep.o Messanen.* mand. ut auct. apost. confirmet permutat. jam ab ipso, tanquam loci metropolitano, confirmatam, per quam ep.us et capit. Cephaluden. donaverunt n. v. Francisco, Vintimilii et Giracii comiti, castrum et montem dictum Pollina (40 unc. auri) ad eccl. Cephaluden. spectantia, quæ curia regia, propter suspicionem guerrarum in insula Siciliae imminentium, ad manus suas receperat; dictus autem nobilis vir donavit eid. eccl. duo magna tenimenta terrarum (60 unc. auri), Femininum et Venerosum nuncupata, in ead. insula consistentia. (A. 23, f. 127^a; V. 79, ep. 1554.)
- 22642.** — *Rectori et thesaur. ducatus Spoletani* mand. ut absolvant cives districtuales, complices et fautores civit. Perusin. ab excom. sententia ex præteritis actibus

Datum *Avenione.*

24 jun. 1325.
(VIII kal. jul.)
T. XXX.

forsitan incursa occasione constitutionum per P. P. editarum contra invasores, occupatores et turbatores terrarum ad R. E. spect., per quas declarantur privati usque ad quartam generationem omnibus privilegiis ipsis concessis ab ead. Ecclesia et Romano imperio. (A. 23, f. 130^b; V. 79, ep. 1580.)

22643. — *Petro Beraldi, Galhardo Juliani et Raimundo de Cazetis, can. Caturcen. eccl.*, mand. ut citent Petrum Barros, cler., nepotem quondam Hugonis Geraudi ep. i Caturcen., qui vigore cujusdam prætensæ permutat. ecclesiæ s. Saturnini prope Montem cucum, Caturcen. di., quam ex collat. dicti ep. i contra gratiam apost. obtinebat, factæ cum Guillelmo de Calvomonte pro eccl. s. Stephani de Cogornaco, ejusd. di., cujus Petrus Savinerii rector existit, in ea se violenter intrusit. (A. 23, f. 126^b; V. 79, ep. 1557.)

Ut s.
T. XXVI.

22644. — *Corzoren. [forsan Curzolen.], Scardonem. et Tinien. ep. is* committitur causa vertens inter Stephanum olim primicerium eccl. Spalaten. et Lucam abbatem monast. s. s. Cosmæ et Damiani, O. S. B., Jadren. di., in ep. os Faren. post obitum Gregorii electos. Cassata jam fuit electio Stephani de Sloradis, plebani plebis s. Mathæi Jadren., multis laborantis vitiis, et deinde dictus Lucas eundem primicerium, jam confirmatum in ep. um Faren., bonis omnibus spoliavit, in eccl. Faren. ipse violenter intrusus. (A. 23, f. 163^b; V. 79, ep. 1646; Theiner, *Monumenta vetera Slavorum Meridionalium*, t. I, p. 161, doc. CCXI.)

Ut s.
T. XI, XIII.

22645. — *Willelmo de Bondone, cler. Isabellæ reginæ Angliæ, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Elien., pertin. ad collat. ep. i;* non obst. paroch. eccl. de Blomihin, Lincolnien. di., quam dimittere tenetur post assecutionem benef. c. c., et in s. Martini magni canon. et præb., ac in majori Londonien. et Hereforden. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. ep. o Wintonien., et Westmonasterii ac de Waltham, Londonien. di., monast. abbatibus. (A. 23, f. 228^a; V. 79, ep. 1833.)

Ut s.
T. XI, XIII.

